

Qr. 181.
Qr. 181 24

III, 506. V.
1, 506.

Ve
1260


DE
BONORVM EMPHYTEVTICORVM
ET CENSITICORVM DIFFERENTIA
EIVSDEMQUE IN ELECT. SAX. VSV,
C V M
*PRAENOBILISSIMVS, AMPLISSIMVS
ATQVE CONSVLTISSIMVS*
DOMINVS
CAROLVS GVILIELMVS
GAERTNER,
JVR. DOCT.
DEMANDATAM SIBI CLEMENTISSIME
PROFESSIONEM REGVLARVM JVRIS
AVSPICARETVR,
PAVCIS DISSERERE ET SIMVL DE NOVO
HOC SVSCEPTO MVNERE
GRATVLARI VOLVIT
JO. DANIEL STIPPER, D.



BOZONVM RICHTEV TROKVM
ET CHRISTICORVM DITERRA
IN OMNIBUS PARTIBUS
SACRIS
FRANCIS HISSIMIS, AMPLISSIMIS
ALIBI CONSTITUTIONIBUS
DOMINVS
CAROLVS GAVRIELIVS
GARTNER
IUR. DOCT.
DEMANDATA SIBI CLEMENTISSIME
PROFESSIONE RECEPTAM IURE
ASSERIT
FRANCIS INSERERE ET SIMILE DE HONOR
DOCT. IN OMNIBUS
GAVRIELIVS
JO. DANIEL STIPPERD.

STIPPERD.
GAVRIELIVS





Quod bona Emphyteutica & censitica non jure solum Romano verum etiam Germanico præpomis El. Sax. adhuc inter se discrepent, quotidiana satis superque nos edocet experientia, atque hinc magnopere miror, quod Dominus *Daniel Höferus* (a) religioni sibi haud ducat, cum opinetur bona emphyteutica apud nos unius ejusdemque naturæ ac censitica esse, indeque fundatam observatamque hactenus differentiam ex nostris foris penitus ejicere atque exterminare conetur. Quamvis etenim juris hodierni studium circa confusionem principiorum Juris Rom. cum Germanorum moribus, multis imo innumeris difficultatibus plane scateat, (b) legibus tamen altius inquirendis operam dantes huc usque colligere nequeunt, qua via quave ratione differentia hæc exulare possit. Quippe cum certum exploratumque sit, jus Romanum tanquam subsidiarium in tantum, in quantum non in juris patrii præjudicium vergit, in Imperio nostro Germanico receptum,

A 2

(a) In tract. suo germanico von den unterschiedenen Gattungen derer Allodial-Güter, p. 13 - 22. qui tractatus hoc anno editus est.

(b) vid. Illustr. Ordin. *Gribneri* Disp. de jure incerto ex dubia LL. quibus utimur auctoritate oriundo. *Gundling* π. Lib. 1. t. 2. §. 15. *Gerhard* von den Schwierigkeiten der Römischen Rechts Gelahrheit.

ptum, (c) & in Constitutionibus Imperialibus normæ loco
 iudicibus præscriptum esse (d), insuperque *Ordinationem sum-*
mi Provinc. judic. de Anno 1607. p. 884. sequentia sancire:
 Man soll in unsern Appellation-Gerichte, fürnemlich die
 ausgegangenen Landes-Ordnungen und publicirte Con-
 stitutiones, auch was wir hierüber ferner verordnen wer-
 den, und dann das Landtbl. Sächs. Recht in acht nehmen,
 was aber in denselben ausdrücklich nicht versehen,
 soll in in aus des Heil. Römischen Reichs Constitution
 und Abschieden, und nach gemeinen geschriebenen Rech-
 ten urtheilen und erkennen. (e) Sicuti & ex jure germa-
 nico & legibus El. Sax. nequaquam poterit demonstrari, quod
 in jure germanico fundata inter bona emphytevtica & cen-
 sitica differentia, sublata penitus atque abrogata, sed in *Const.*
El. Sax. .39. P. II. ea his verbis: aber solches beydes nem-
 lich directum & utile dominium hat ein jeglicher schlechter
 Zins Mann in allen solchen seinen Güttern, potius con-
 firmata sit. Ex his itaque, ut alios textus, qui de horum dif-
 ferentia mentionem faciunt, taceam, apparet, illam suo fir-
 miter insistere fundamento, donec abrogatio ejusdem à Dis-
 sentiente sufficienter probetur. Cum vero hæc inter bona
 emphytevtica & censitica in jure Rom. fundata differentia in
 Const. Elect. Sax. approbata confirmataque sit, necessario in-
 de sequitur, eandem secundum germanica haud secus ac El.
 Sax jura adhuc valere usuque receptam esse. Provocat e-
 quidem modo citatus Dissentiens 1) ad *Thomasium* (f)

Beyerum

(c) *Berg. Oecon. Jur. Lib. I. Tit. I. §. 28. n. 1. Kemerich. accession.*
Inst. Jur. Civ. Tit 8 §. 21. p. 82. Gundl. π, Lib. I. Tit. 2.

(d) *conf. Ord. Jud. Aul. T. I. §. und weiten Stryck. Disp. præl. de*
usu & auct. Jur. R. §. 24. Floerckii Progr. de Præf. I. C. præ
jure Can. §. 6.

(e) *conj. Ord. Sup. Cur. Prov. Lips. de An. 1549.*

(f) *in Not. ad Vltic. Huberi Jus Civ. Lib. 2. Sect. 4. cap. 6. n. 51.*

Beyerum (g), Schilterum (h) & Zieglerum (i) z) ad Const.
El. Sax. 39. P. II. §. alldieweil cum addit. Ord. Proc. El. Sax.
Tit. XCVI. §. Wenn aber einer zc. Verum enim vero quoad
1) neque *Zieglerus* neque alii allegati DD. ratione hujus dif-
 ferentia eandem esse sublatam asserunt, sed dicunt solum-
 modo, eam difficulter à se invicem posse discerni. Quæ
 vero a se invicem in quibusdam difficulter distingvuntur,
 ea prorsus non differre, vel potius secundum Domini Dis-
 sentientis mentem penitus abrogata esse, falsam sapiunt con-
 cludendi methodum, quæ præceptis logicis è diametro con-
 trariatur, & per multas instantias infringi facillime potest.
 Quoad *z)* *Const. alleg. de qua aliisque alleg. textibus infra fufius*
dicetur, inquit, quod bona censitica & emphytevtica in con-
situenda hypotheca domini directi consensum requirant, ut
sic, ratione investituræ ac confirmationis consensus hypothe-
cæ judicialis, haud facile differentia dijudicanda sit. Exin
autem abrogatio hujus differentia neutiquam elici, nedum
probari potest, quod, licet in hoc puncto dijudicatio diffi-
cilis, attamen alia quædam differentia specificæ, ex quibus
bonorum emphytevticorum & censiticorum discrepantia col-
ligenda, adsint, & differunt ista prædia non tantum nomini-
bis sed & possessorum jure & conditione. Differentias a
DD. propositas, quod attinet, eas hac vice allegabo & dedu-
cam, deinceps vero rationes Domini Dissentientis, quibus
easdem infringere molitus est, accuratius examinabo. Bonum
autem Emphytevticum vulgo Erb=Zins Gut, contractus
est, quo alter alteri prædium sterile ac desolatum hac lege
tradendum promittit, ut illud melius reddat, canonemque
singulis annis præstet. Bonum e contrario censiticum schlecht
Zins=Gut est, ubi alteri plenum dominium alicujus fundi
quis

A 3

- (g)* in Pos. feud. C. I. pos. 71. it. in specim. Jur. R. L. I. c. 23, §. 5.
(h) in Exercit. ad ff. 16. §. 84.
(i) in Not. ad Ord. Proc. Sax. Tit. XCVI. vers. oder Cens.

quis sub conditione hac concedit, ut quotannis solvat censum secundum conventionem semel initam. Differentia autem horum prædiorum in eo consistit, ut nimirum 1) in bonis censiticis dominium plenum in Censuarium, in emphytevticis contra dominium utile in emphytevtam transeat. Plenum vero dominium est, ubi tota proprietas cum jure percipiendi fructus conjuncta est, & omnes effectus domini in se continet. Directum in eo versatur, quando tota proprietas absque usufructu adest. Censuarius plenum, dominus Emphytevticos directum dominium, utile vero emphytevtam habet. 2) In Censiticis bonis, quæ emphytevticis longe sunt antiquiora & priora, censuarius e re propria censum einen Zins solvit, quia est plenus dominus, & huius fundamentum est pactum traditioni rei adjectum, in emphytevticis canon Erb Zins e re aliena k) præstatur, ut alterum recognoscat dominum, ne cum successu temporis possessor sibi plenum arroget dominium, quapropter semper contractui emphytevtico aut literis investituræ vulgo Lehn : Scheinen, hæc inseruntur: **Das Emphytevtam Das zwischenr. gelegene Guth erfauffet mit allen Ein- und Zubehörungen, Nutz und Beschwörungen, als ein recht Erb Zins Guth oder bonum emphytevticum cum reservatione domini directi zu nutzen und zugebrauchen.** (l) Quando vero hæc emphytevtis constituitur, ut simul dominium transferatur in possessorem, non manet fundus vectigalis, sed degenerat statim in censiticum, licet facta simul fuerit mentio emphytevticos. (m) Et hæc secunda cum prima differentia in Elect, nostro Sax. nunquam est

(k) Barb. Hodeget. for. C. II. n. 3. p. 679.

(l) Formulam talis contractus exhibet B. *Philippi* in Disp. de bon. emphyt. c. 3. §. 41.

(m) *Carpz.* P. II. Const. 39. def. 2. 9. *Philipp.* de agris vectigal. Cap. III. §. 58.

est mutata sed reservata. 3) In emphytevsi domino directo jus protimiseos, **Vorkauff**, intra duos menses exercere licet, *l. 3. C. d. jur. Emphy.* quod in censiticis cessat, ⁽ⁿ⁾ & censuario pro lubitu fundum censiticum alienare liberum est, dominoque nullum jus protimiseos restat. Denunciacione etenim facta domino directo intra duos menses in emphytevsi, libera alienatio emphytevcario permittitur, & tunc dominus directus jus protimiseos pratendere nequit, sed ad externos emphytevsi devolvere potest *l. fin. C. d. Jur. Emphy.* Hoc quidem quibusdam in locis moris est, ut dominus Jurisdictionis in confirmandis literis investituræ sibi in omnia prædiorustica jus protimiseos reservet, an talis modus in jure fundatus, hic altius inquirere animus haud est, & ab uno non semper ad alterum valet sequela, insuperque sæpius inter id, quod juris & facti distinguendum. Interim regul. dominum Jurisdictionis jus protimiseos rite pratendere non posse, certum est. 4) Emphytevtæ bonum emphytevcarium ob canonem non solutum, quia videtur dominum directum amplius agnoscere non velle, stricto jure aufërri potest, nisi dominus canonem futuri temporis recipiat, ^(o) vel ille justam huius ommissæ solutionis causam e. g. calamitatem bellicam, ignorantiam invincibilem allegare queat, *Decis. El. 38. P. 2. ibi allerley Einrede;* ^{p)} quod tamen non procedit in bonis censiticis, ubi privatio ob stas temporibus non exsolutum censum, locum non invenit. 5) Ex emphytevsi solvitur majus, ex censitico minus laudemini, (quod vocabulum a Junioribus Jctis barbaris seculis inventum est,) & hujus tum quantitas tum solvendi necessitas ex moribus germanorum potius quam Jur. Civ. decerni debet, atque ita
 pro

⁽ⁿ⁾ v. Magnif. quondam Ordinarii nostri B. Menckenii Compendii tit. si ager vectigal. §. 17. p. 252.

^(o) v. *Stryck. Gaut. Contr. S. z. c. 9. S. 40.*

pro specifica bonorum Emphyteuticorum ac censiticorum differentia regulariter haud vendi nequit. Majus fluit ex nova domini directi iuestitura, nisi emtor ignoraverit prædium esse emphyteuticum, & hoc modo venditor celaverit eique vendiderit **Erb und Eigenthumlich**, tunc enim esset censiticum prædium, quod regulariter, nisi mores alicujus loci aut conventio aliud suadeat, laudemium majus non solvit, & tunc venditor tenetur ad evictionem. Præstatur vero laudemium in Saxonia his tribus casibus 1) si emphyteusis per donationem vel alium titulum lucrativum 2) per venditionem 3) per successionem in collaterales, non vero in descendentes transferatur, s. *Const. inedit. I Lehn = Waare*. Primam equidem, quod attinet, differentiam, Dominus Dissentiens in ea est opinione, falsum esse quod censita in prædio censitico plenum habeat dominium, & provocat loco probationis ad *Jus Sax. Lib. I. Art. 54. ad Suevicum Cap. 71. & ad Ord. Proc. El. Tit. XLVI. §. Würde sichs auch zu tragen*, in qua constitutum, ut in constituenda hypotheca judiciali non solum in feudalibus verum etiam in bonis Emphyteuticis & censiticis dominus directus consentiat. Si vero hæc thesis tanquam præsuppositum quoddam valeret, in nostro

(p) v. *Carpz. Part. II. Const. 38. Def. II. Stryck. in Disp. de purg. moræ cap. 4. n. 47. Hahn. ad Wesemb. tit. si ager vectigal. n. 3. ubi præj. quapropter cum dominus ad privationem Emphyteuticos ageret, & actionis suæ fundamentum omisissam canonis solutionem haberet, dubiumque enasceretur, utrum affirmante solutionem emphyteuta, ille hanc non factam esse probare deberet, responderunt Jcti Witeberg. Mens. Jun. 1698. Emphyteutæ potius imponendam esse probationem solutionis, rat. decidendi est in l. 10. C de non num. pecun. ubi ejus, qui nummationem factam negat, naturali ratione probationem nullam esse asseritur. vid. Berg. P. II. 34. Basinelleri Disp. de contract. emphyt. §. ult.*

Atro sane jure falsa conclusiones haud paucae exorturae.
Insuper Dominus Dissentiens facile ominabitur, quod in al-
leg. Ord. Proc. de diversis casibus sermo sit, nimirum quan-
do dominus jurisdictionis simul dominus directus in emphy-
tevisi est, ejus consensus in constituenda hypotheca tanquam
domini directi & domini Jurisdictionis simul necessarius re-
quiritur, si vero non est simul dominus jurisdictionis, una ta-
men ille, qui dominus Jurisdictionis est, consentire debet,
& hoc quasi formale legis omnino requiritur. Eo quippe
tendit *Const. El. 23. P. II.* ibi: **Wern auch bona emphytevti-
ca oder censitica Erb. Lehn, oder Erb. Zins Güther dar-
über ein Untertan einen Lehn. Herrn erkennen muß, oder
die er sonst in Lehn zu empfangen pfleget, versetzt und
verpfändet, sollen dieselben anderergestalt nicht, dann mit
Gunst und Bewilligung des Erb. und Lehn. Herrn (ca-
sibus nimirum existentibus) hypotheciret werden, und oh-
ne des die Verpfändung gang nicht statt haben.** Quare
ad oppignorationem Emphytevseos tam judicis ordinarii
quam directi domini consensus requiritur, alias altero horum
omisso secundum alleg. Ord. Proc. hypotheca de jure non sub-
sisteret, quia in bonis emphytevticis dominus emphytevse-
os sibi reservavit dominium *l. fin. d. jur. Emph. 2. feud. 23.* quod
in praedictum ejus mutari nequit. *q)* In bono censitico
autem si constitui debet hypotheca, tunc dominus directus
in sensu abusivo pro domino jurisdictionis hic sumtus, con-
sentire debet, non vero ut dominus directus, quia nullum do-
minium directum habet in bonum censiticum, sec. *Const. El.
39. pr. P. II.* sed ut dominus Jurisdictionis, cum alia ratione
hypotheca non constitui posset in bonis immobilibus, nisi
specialis magistratus consensus fuerit impetratus. *Const. El. 23.*

B

P. I.

q) *Carpz. P. I. Const. 28. Def. 125. Mart. Proc. ad Tit. 46. n. 1.*

2. 1. verb. Die Verpfändung unbewegl. Güther L. R.
 Lib. 1. §. 34. Lib. 2. Art. 30. Weichbild. Art. 25. §. Art. 60.
 Hornii r) idcirco opinio satis bene fundata est, arbitrantis,
 vocab. domini directi in sensu improprio seu abusivo forsi-
 tan sumtum esse, quod per similes casus facile demonstrari
 posset. Minime etiam credimus, quod Dominus Dissen-
 tiens ex antiquitatibus germanicis contrarium sit probatu-
 rus, quippe cum & in his adhuc multa lateant, quæ prorsus
 incerta sunt, & melius, ut excolantur, requirunt. Sin ita-
 que modo citata loca Juris Saxonici & Svevici accuratius in-
 spicerentur, loca hæc allegata ne quicquam quod, ad mate-
 riam hanc pertinet, probare, quivis deprehenderet. Quem-
 admodum itaque prima differentia a Domino Dissentiente
 minus solide deducta est, sic ex præmissis hisce nondum se-
 quitur, falsum esse, quod de bono emphyteutico canon tan-
 quam res aliena, de censitico vero tanquam res propria sol-
 vatur, cum ex ipsius præconceptis opinionibus in censu censiti-
 cus dominium tantum utile habeat, quod vero non est proban-
 dum, & ex antecedentibus tanquam consequens fluit. Tertia
 objectio nudæ tantum Schilteri r) Lynckeri s) & Bergeri t)
 innititur conjecturæ, quod in bonis censiticis, censitico haud
 secus ac in emphyteuticis Jus protimiseos competat. Hoc vero
 nec exploratum satis, nec probatum est, quod 1) eorum opi-
 nio fundata, & hæctenus in foro recepta sit, & sin hoc exi-
 steret unquam, ut eadem reciperetur, nunquam tamen utra-
 que hæc bona sibi invicem paria seu unius ejusdemque na-
 turæ & conditionis essent evasura. Textus autem Aleman-
 nicus

r) in Jurisprud. feud. Cap. II. §. 14. in fin.

s) in exercit. ad ff. 16. §. 84.

t) in Resol. 129. in fin.

u) in El. Discept. forens. p. 23. 26. & Suppl. P. II. p. 810.

nicus Cap. 49. non de bonis censiticis, ut ex antecedentibus & consequentibus videndum, loquitur, sed tantum ad bona emphytevtica referendus est, ubi domino directo jus protimiseos in venditionibus, u) neutiquam vero in aliis alienationum speciebus competit, x) *l. i. ff. si ager vectigal. l. 3. C. d. fund. patrim.* Tertia Dissidentis, bona hæc una eademque in nostro Imperio germanico cum primis Electoratu Sax. esse, ratio est, quod Emphytevtica ob non solutum canonem secundum jura germanica emphytevtin non perdat, sed tantum poena pecuniaria, in multis vero locis censu promobili *Rutscher Zinsen*, afficiatur, *Er muß von ieden Tage, den er säumig gewesen, den ganzen Zins erlegen, Landr. Lib. I. Art. 45.* y) Verum enim vero ex Const. 38. & 39. apparet, hanc differentiam ratione privationis adhuc esse in usu, quod dominus Dissidens ipse largitur, & cur secundum *Const. El. 39. S. fin. P. II.* quis non statim propter non

B 2

solu-

-
- u) Quidam DD. hic statuunt, quod in Saxonia poena privationis ob factam venditionem consummatam locum non habeat, verum hæc assertio de eo casu intelligenda est, quando dominus directus simul dominus Jurisdictionis est, tunc enim consummatio sine ejus præscitu fieri nequit, & si resignationem sine contradictione peragi finit, merito in venditionem consensisse censetur, si vero simul dominus Jurisdictionalis non sit, tunc consummatio ejus præscitu fieri potest, ideoq; poena privationis locum habebit. Hic quoque bene notandum, quod tam in bonis emphytevticis quam censiticis divisio absque scientia domini Jurisdictionis & domini directi existentibus casibus interdicta sit, quod fufius Dominus D. *Daegner* in Disp. d. particulari prædiorum rusticorum alienatione § 22. p. 10. deduxit.
- x) conf. Cont. Aug. 17. P. II. *Carpz*, Def. 17. *Richter* Decif. 76. n. 176. *Struv.* S. I. Civ. Exerc. 23. th. 49. & 72.
- y) *Adriani Beieti* Disp. de censu promobili.

solutum canonem emphytevis privetur, ratio potissima est, misericordia & æquitas Serenissimi legislatoris, cui ob miseram temporum conditionem durum ac nimis iniquum videbatur, si bona pauperum ad leges emphytevticas examinarentur. z) *Carpzovii* a) illud, quod ex Const. 39. colligitur, axioma, quod in dubio censitica bona non emphytevtica censi debeant, de ejusmodi casu intelligendum, cum nimirum in Contractu dominus directus expresse sibi dominium directum haud reservaverit, (quod certe necessitatis fuisset,) sed tantum modo juris protimiseos mentionem fecerit, & tunc quaestio, an ejusmodi bonum vel pro censitico vel emphytevtico sit habendum, inde orta, ex divisione nostra affirmatur, quia in Dubio omne dominium plenum esse praesumitur *l. 2. d. R. I.* atque propterea etiam pro censitico potius quam emphytevtico habendum, quod confirmatur à Facult. Jur. Lips. Mens. Decembr. 1693. **Demnach aber und die weil die bloße Verwüstung diesen Vererbungs-Contract von sich selbst nicht aufhebet, sintemahl hier kein Erb-Zins- Guth vorhanden, angesehen Titius nach angezogenen Contract das Dominium directum an besagter Mühle sich nicht reserviret, sondern das Eigenthum Cajo jährlich erblich abgetreten, und dergestalt solche mehr vor ein Zins als Erb-Zins- Guth anzusehen.** b) Hinc dominus Dissentiens porro videbit, quantum Actuarii in Contractibus per verb. Erb-Zins bonum emphytevticum intelligi volentes hallucinentur, cum tamen dominus directus ejusmodi dominium directum in contractu tanquam formale

z) vid. Hoffmanni Disp. d. Emphyt. cum LL. & moribus germaniae. conv. Cap. 4. §. 3. p. 42. seq.

a) in hanc Const. def. 8.

b) vid. B. Philippi Disp. d. agris vectigal. Cap. 3. §. 54.

le legis sibi reservare debeat, sin aliter tale praedium pro bo-
no emphyteutico, uti supra ostensum, haberi cupiat. Quan-
quam igitur Const. 38. & 39. Juris Romani dispositionem ex
mente domini Dissidentis hoc in passu approbare videatur,
nequaquam tamen hinc concludendum arbitror, quod leges
Sax. sibi invicem contradicant. Sin itaque Dominus Dissen-
tens hasce leges diligenter conferre, & quae hic deduxi,
prout ob temporis brevitatem & chartae deficiens spatium
licuit, bene secum perpendere voluerit, contradictionem,
quam sibi ipsi minus solide persuaserat, cessare cognoscat.
Quoad 5) Dominus Dissidentis dubium sequens movit,
nempe quod laudemium majus & minus tam ex emphytev-
ticis quam censiticis bonis solvi debeat, & consequenter dif-
ferentia horum bonorum plane vacet. Sed respondeo, ab
irregulari ad regulare non valet consequentia. Emphytev-
tam regulariter laudemium majus solvere oportere verum est,
quod secus in censita, nisi observantia & consuetudo aliud
quid introduxerit, quod, si factum, a regula fit exceptio.
Quin quod insuper hoc minime pro differentia accipiendum,
dum laudemium non est opus aliquod reale, sed potius per-
sonale, quod non propter ipsam rem, sed pro receptione &
investitura novi possessoris, adeoque pro labore praesta-
tur, c) & sic tamen adhuc quaedam differentia remaneat
stricto jure ratione fundamenti, quod aliud Emphytevae,
cur solvat majus laudemium, aliud vero Censitae est. Hoc
itaque modo disceptationem nostram ad finem perductam
esse reor. Nil aliud amplius in votis habeo, quam ut iudex
mihi existat, qui, num Domini Dissidentis & forsitan no-

c) Hodie per Ord. El. Proc. Recog. tit. 43. §. 8. laudemia moto con-
cursu Creditorum inter onera realia in prima classe solven-
da sunt, conf. Excell. Dn. Rivini prog. de Laudemio.

va excogitata ; vel mea Doctores Jur. Rom. sequens opinio
fundata melius sit, decernat. Ad TE itaque, VIR CON-
SVLTISSIME, convertor, cujus dexteritas etiam Sere-
nissimum ac Celsissimum Principem Dn. CHRISTIANVM,
Ducem Saxoniae &c. &c. qui, Amicorum optime, pro-
fessione publica ordinaria de Verborum significatione & Re-
gulis Juris dignus existimeris, insuperque a Serenissimo ac
Potentissimo Rege atque Electore nostro in eadem confirme-
ris, haud latuit, ut hujus a me jam ventilatae disceprationis
arbiter mihi sis & judex, quo major lætandi, atque de TVO
in literas & jura amore gratulandi mihi omni tempore ena-
scatur occasio, quippe qui hac vice deesse haud volui, qui
cum TVIS tecum lætetur & exultet, TIBIQVE ex sincero
quodam & infucati amoris instinctu de nova obtenta spar-
ta observantiam testetur, nihil magis a Deo unquam sollicita-
rurus, quam ut TE in Tuo munere, salvum, incolumem
semper, tectumque sartumque servet non solum, verum et-
iam ad altiores honorum gradus & culmina emergendi quo-
ridie occasionem viamque, in Academiae nostrae florentis-
sima Decus & ornamentum, Studiosae juventutis delictum,
Amplissimae Familiae splendorem, omniumque amicorum &
meae inter alios expectationis voluptatem desideriumque
commonstret. Lipsiae XXIV. April A. MDCC XXVII.

L I P S I A E,

Typis JO. HENRICI KOENIGII.

VD 18 ed.




QK 7e 1260

X 3414856

M.C.

Inches
Centimetres
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
B.I.G. Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

Farbkarte #13



III, 506. V.
1, 506.
Ve
1260

DE
VM EMPHYTEVTICORVM
NSITICORVM DIFFERENTIA
VSDEMQUE IN ELECT. SAX. VSV,
CVM
BILISSIMVS, AMPLISSIMVS
OVE CONSVLTISSIMVS
DOMINVS
LVS GVILIELMVS
AERTNER,
JVR. DOCT.
ATAM SIBI CLEMENTISSIME
SSIONEM REGVLARVM JVRIS
AVSPICARETVR,
DISSERERE ET SIMVL DE NOVO
HOC SVSCEPTO MVNERE
GRATVLARI VOLVIT
ANIEL STIPPER, D.

